







23 502  
A. C. 7.  
CONCLUSIONES JURIDICÆ 1659, 4  
Ex

# SOCIETATIS

Materia desumptæ,

*Quæ*

Magnifici Jctorum in celeberrima Lipsiensium  
Academia ordinis consensu & suffragio

PRAESIDENTE

VIRO

Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo & Consul-  
tissimo

DNO. JOHANNNE PHILIPPI,

Jcto celeberrimo, Comite Palatino Casareo, Scabinatus  
Elect. Saxonie & Curia Provincialis in Margraviatu in-  
ferioris Lusatie Adessore, Curia Provincialis Supremæ & Consistorii Ec-  
clesiastici Electoralis & Ducalis Saxonie Advocato ordinario, Collegii  
B. Virginis Collegiati, Nationis Polonice Seniore, & Civi-  
tatis Lipsiensis ProConsule,

Patrono & Promotore suo ætatem deve-  
rando,

Ad diem Maji

Publicè eruditiorum Censura subicit

ADAMUS CHRISTOPHORUS JACOBI,

Martisburgens.

Horu Locoque Consuetis.

---

LIPSIAE,

Typis JOHANNIS WITTIGAU,  
M DC LIX.



A. C. F.  
CONCLUSIONES JURIDICAE  
SOCIETATIS  
Maeonia delingens


Magnifici Iohannis in celebratione  
Actu

DNO. JOHANNES PHILIPPUS  
Ioh. Philippus  
in  
L. 17  
L. 18  
L. 19  
L. 20  
L. 21  
L. 22  
L. 23  
L. 24  
L. 25  
L. 26  
L. 27  
L. 28  
L. 29  
L. 30  
L. 31  
L. 32  
L. 33  
L. 34  
L. 35  
L. 36  
L. 37  
L. 38  
L. 39  
L. 40

ADAMUS CHRISTOPHUS JACOBI  
Hoc  
L. 41  
L. 42  
L. 43  
L. 44  
L. 45  
L. 46  
L. 47  
L. 48  
L. 49  
L. 50  
L. 51  
L. 52  
L. 53  
L. 54  
L. 55  
L. 56  
L. 57  
L. 58  
L. 59  
L. 60  
L. 61  
L. 62  
L. 63  
L. 64  
L. 65  
L. 66  
L. 67  
L. 68  
L. 69  
L. 70  
L. 71  
L. 72  
L. 73  
L. 74  
L. 75  
L. 76  
L. 77  
L. 78  
L. 79  
L. 80  
L. 81  
L. 82  
L. 83  
L. 84  
L. 85  
L. 86  
L. 87  
L. 88  
L. 89  
L. 90  
L. 91  
L. 92  
L. 93  
L. 94  
L. 95  
L. 96  
L. 97  
L. 98  
L. 99  
L. 100





 Um difficile sit, ut bono peragantur exitus, que malo inchoata sunt principio, *can. miremur s. dist. 61. can. principatus. 25. caus. 1. qv. 1.* Cujus rei ratio non ineptè ex *l. 1. ff. de O. I. & l. 8. pr. ff. de procurator. petitur.* Benè autem univèrta gerantur, & competenter, si rei prinèipium fiat decens & amabile Deo. *Nov. 6. pr. l. 2. C. de offic. preselt. prator. Afric. Nov. 109. pr. can. 16. caus. 26. qv. 7.* Ideoque & ego de intricata Societatis Materia positiones quasdam controversas eruditorum censura, quàm brevissimè (secutus Nostros *arg. l. 37. §. penult. ff. de adpell.*) simplicissimèque atque sine omni argutiarum & nimirum subtilitatum apparatù (suadente hoc *can. 4. & 7. ubi Paul. Lancellorus dist. 37.*) subjecturus, meritò summum illum omnium bonorum fontem & authorem ante omnia supplicibus & verecundis veneror fatigoque, precibus, ut institutum hocce meum, felix faustumque esse jubeat.

Th. 1. Rectè in Societatis propriè sump:æ definitio-  
ne loco generis ponitur Contractus consensualis.

*Text. in l. 2 ff. de O. & A. l. 19. ff. de V. S. l. 19. ff. h. t. pro soc. princip. Inst. de oblig. que ex consens. Dissentit Hugo Donellus lib. 13. cap. 15. commentar. Jur. Civ. per communionem definiens arg. l. 3. §. 1. ff. h. t. sed ponitur ibi effectus pro causa. Dissentiunt aliter relati à Georg. Adamo Brunnero tr. de collat. bonor. cap. 1. n. 41. per Communicationem defini-  
entes: sed is est actus, causam proximam effectus hujus contractus denotans: Dissentit aliter Ernestus Cothman. vol. 5. resp. 37. n. 1. per co-  
adjurationem & conjunctionem definiens: sed hæc definitio utpote  
1. duplici genere constans, quorum 2. prius nudum denotat accidens  
hujus contractus, & quidem raro interveniens alterum vero effectum  
quendam societatis significat, manifesto laborat vitio. Dissentiunt  
aliter Gless. ad pr. Inst. h. t. Nicasius ad rubric. Inst. h. Joh. Suard. ad  
rubr. C. h. t. n. 4. Joh. Sebast. Brant. in Naeg. r. ff. h. t. & veterum,  
pleriq; per conventionem cum Cicerone definiens, sed hoc genus re-  
motius, cum latius pateat hoc verbum quam contractus nomen. l. 3.  
§. 3. l. 7. §. 1. & 4. ff. de pact. & pacto conveniat l. 3. ff. de politiciat. licet  
hæc verba confundat Tot. Payermeister tr. de iuris dict. Imp. Rom. lib.  
2. cap. 23. n. 5. & seqq.* Cæterum de nomine societarij ejusque homo-



nymia & synonymia vide quæ notant *Hoftiensis in Summa x de Syndic. Greg. Tholoff, lib. 27. Synt. I. W. cap. 4. n. 1. & 2. Fr. Hortomannus Conf. 106. n. 1. & 2.*

Th. 2. Non rectè dividitur Societas propriè sumpta in voluntariam & incidentem seu necessariam.

Cùm enim Societatis essentia consistat in consensu pulchrè. *Job. Franc. Ozerius ad v. ult. Inst. de oblig. quæ ex consens. n. 3. adde l. 19. ff. h. r. & pr. Inst. de oblig. quæ ex consens. sequitur quod inter eos quos fortuna & casus non consensus conjunxit ut collegatarios, cohæredes &c. propriè non contrahatur. text. express. in l. 31. ff. h. r. & aliud omnino est rerum communitio aliud societas. §. 3. Inst. de oblig. quæ quas. ex contract. l. 23. ff. de reg. jur. unde & in hujusmodi casibus non actio pro socio sed communi dividendo competit d. §. 3. & sic rectè *Herm. Valtey. ad pr. Inst. h. r. n. 3. Matth. Stephani lib. 3. Oecon. Jur. Civil. cap. 56. n. 4. Nec obst. l. 63. §. 2. ff. h. r. dicendum enim tractari ibidem de Societate vestigialium, quæ respectu hæredis necessaria intuitu vero primi contrahentis voluntaria fac. l. ult. ff. de separar. & l. 2. C. de bon. aurb. jud. possidend. & ita rectè exponunt l. alleg. Jac. Cujac. lib. 17. ob. 25. Pet. Badius in fabul. leg. ad l. 59. ff. h. r. n. 5. Dionys. Gottofred. ad l. alleg. Dissentit cum Dd. vulgo *Nicasius ad pr. Inst. hic. n. 1. Scharck. ad rubric. C. h. r. n. 3. Jac. Menoch. lib. 1. Conf. 46. n. 5. per l. 1. C. commun. divid. & l. 2. C. h. r. sed ad l. 2. respondet Justus Meier in colleg. Argentorat. ff. h. r. r. b. 9. & aliter *Heinr. Zoësius in Comment. ff. h. r. n. 2.* Non tamen disiteor quin socii verbum interdum largius sumatur & in jure nostro ad collegatarios, cohæredes & alios fortuna procurante consortes, etiam referatur, loca aliquot congesit *P. Corn. Brederodius in nov. specim. tot. jur. part. 1. verb. socius. p. m. 67.* sed id ut dixi minus propriè. Quamvis fatendum, ejusmodi societatem incidentem à Dd. appellatam suos quoque habere effectus, quorum insignis est ut socius liberalitatis Principalis, socio, excluso fisco succedat. *l. unie. C. si liberal. In per. soc.* Cujus rei quædam ratio non ineptè ex *l. 7. C. de bon. que lib. desumitur;* non tamen præfertur socius talis uxori socii ut voluit *Accurs. ad. d. l. unie. lit. X. quem refutant §. 3. & 4. Inst. de B. P. jan. l. 138. ff. de V. S. & l. 117. ff. de reg. jur. adde l. unie. C. unde vir. & uxor. & Guil. Ranchin. rr. de success. ab intestat. §. 21. n. 1. quem Accursus errorem & notavit *Ambr.*****



brof, Schürer. tr. de success. ab intestat. tit. 15. reg. 3. sicut & totum dicta legis beneficium non procedit in feudis 2. Feud. 12. rationem diversitatis assignat *Gosfred. in d. l. lit. B.* licet olim & quoad feuda d. l. unic. observatam fuisse tradat *Andr. de Isern.* ut patet ex *Paride à Puteo in Compend. Feudal. Andr. de Isern. in prelud. §. in feudo.* Sed ex falso principio ut colligitur ex tract. *Nicol. Intrigoli tr. de feudis. qu. 3. n. 7. & 14.*

Th. 3. Societas universalis etiam tacite contrahitur.

Societatem universalium fortunarum l. 73. pr. & §. 1. ff. h. r. tacite quoque contrahi probant l. 2. pr. & §. 1. ff. de O & A junct. l. 2. ff. pr. soc. ubi, notand. inscriptio l. 5. pr. ff. d. r. quæ generaliter loquitur, ergo & generaliter intelligenda arg. l. 8. ff. de public. con. in rem. acti. nec rationem diversitatis intelligere possum cur non ex actibus, qui alias si expresse conveniat de tali societate in eundâ intervenire solent, re ipsa adhibitis, ut alia ita & hæc enasci queat species: quod argumentum ad nostram stabiliendam sententiam sufficiens esse agnoscit *Andr. Fachinæus lib. 12. controvers. jur. Civ. contr. 14.* Et ita rectè sentiunt, *Aym. Cravetta Conf. 26. n. 5.* communem appellitans, *Fr. Vivius lib. 3. decis. 431. n. 5.* communem itidem dicens & Menochium dissentientem palpitare ajens. *Magnif. Dn. Christoph. Philippus Richter tr. de contract. d. p. ii. th. 3. lit. a. Edzard Stamlerus in Colleg. Contrad. disp. 12. th. 14.* Dissentiunt *Jacob. Menochius lib. 1. Conf. 12. n. 80.* *Gonzal. Suarez de Paz. in prax. secul. & Ecclesiast. tom. 3. cap. 6. §. 7. n. 5. & 6.* jure Hispaniæ ita obtinere scribens. *Dominic. Arumæus exercitat. Justin. 15. th. 2. lit. B.* *Iustus Mejer in colleg. Argentorat. ff. h. r. th. 9. per l. 3. verb. specialiter ff. h. r. Anton. Faber in Cod. lib. 4. tit. 17. def. 5. n. 1.* *Hieron. Trentler. disp. 27. vol. i. th. 8. lit. f. & ex parte ejusdem vel commentator vel corrector Reinhard. Bachovius ibid.* Casum elegantem quo ex statuto Parisiensi ejusmodi societas tacite contrahi potest habes apud *Petr. Costal. in adversar. ad l. 19. ff. h. r.* Cum autem omnis societas facti sit & non presumatur, nisi de animo societatis ineundæ manifesto adpareat arg. l. 31. ff. h. r. *Petr. Heigius part. 1. q. 14. n. 5.* & nisi ejusmodi actus intervenerint qua extra jus & nomen societatis fieri non potuerunt. *Aym. Cravetta conf. 875. n. 10.* non negandum quin ab allegante talem, actus ejusmodi societatem inducentes probari debeant: Quales a-



Quis qui sint enumerant *Philipp. Decius Conf. 548. n. 5. ubi Carol. Molinens. lit. a. Aymon. Cravetta conf. 159. n. 1. & Conf. 605. n. 5. Card. Tuschus tom. 7. verb. societas Concl. 313. Prosper Farinat. decis. rot. Rom. 337. per rot. Fr. Bursatus conf. 220. lib. 2. ubi n. 1. tradit si prior ad certum fuisset contracta tempus, renovatam ad idem ceteri posterioriorem tacite inducitur. Addatur Magnif. Dn. Benedict. Carpzov. lib. 5. tit. 3. respons. 20. in respons. Electoral. Benvenut. Straccha de mercatura part. 2. n. 83.*

Th. 4. In universali societate dos filia debita, & sumptus studiorum aliaq; ad hos pertinentia de communi eroganda.

In universalem cum omnia veniant etiam alieno beneficio quaesita l. 3. §. 1. l. 7. ff. h. t. imò etiam ex delicto alterius provenientia l. 52. §. 16. l. 73. pr. ff. h. t. ut & ea quae in nominibus consistunt ratio est in l. 49. ff. de V. & bona quae omnia sine speciali traditione continuò (de quo vocabulo vide omnino *M. Ant. Bardum tr. de tempor. uti. & contin. cap. 10. per rot.*) communicentur l. 1. §. 1. ff. hic ratio in l. 2. ff. ibid. quanquam nomina sine cessione non adquiri verius l. 3. pr. ff. h. t. cujus ratio delumi posse videtur ex l. 49. §. ult. ff. de adquir. possess. fac. l. 29. in fine ff. de procurat. *Hugo Donellus lib. 13. cap. 16. comment. & ex l. penult. & rot. tit. de hered. & act. vend. si recte P. Badius ad pr. l. 3. ff. hic. licet aliam habeat Gortofred. ad. d. l. 3. pr. lit. x. & aliam Herm. Valtejus ad pr. Inst. h. t. n. 14. ita ut rectè scripserit Roland. à Valle vol. 3. Conf. 54. n. 5. in societatem ejusmodi ea omnia venire quae excogitari possunt, spontè sequitur etiam omnia damna omnes expensas hac in causa communes esse debere per l. 10. ff. de R. l. & l. 29. in fine ff. h. t. cum & propter æqualitatem Societas jus fraternitatis seu imaginem fraternitatis ut dicit *Bart.* quem refert *Guido Pancirollus lib. 1. conf. 156. n. 4.* habere dicatur: Et sanè hanc sententiam ratione dotis apertè probat l. 73. §. 1. ff. h. t. fac. l. 39. §. 3. l. 52. §. 16. & fin. ff. h. t. Et ita rectè sentiunt *Jac. Menochius lib. 2. cent. 2. cap. 177. n. 3. de arbitrar. jud. 99.* magis receptam eam adpellitans *Vincen. Carotius decis. 102. per rot.* magis communem hanc dicens & multos consentientes & contrarium tenentes referens conclusionemque nostram benè limitans. *Hugo Donellus lib. cit. cap. tit. ubi F. iger lit. S. And. Fachinus lib. 2. contr. 4. & remissivè lib. 12. contr. 13. in fine**

Con-



Controvers. Jur. Civil. Hieronymus Treutlerus disp. & ibi citat. lit. A.  
& ibi Reinhard. Bachov. & Helfr. Ulric. Hunnius. Dominic. Arn-  
maus disp. 15. th. 2. exeresitat. ad Institut. Dn. Richter loc. cit. Elias  
Reinwald de object. juris object. 2. disp. 15. th. 6. Allegati ab Arnold.  
Reyger tom. 2. verb. Societas n. 46. Thesaur. Jur. Civil. Dissentiunt  
Ant. Gabriel lib. 3. concl. 2. tit. de juré dotis n. 2. viginti sex Dd. pro  
hac sententia & octodecim pro contraria referens. Brunnerus à Sö-  
le tom. 2. verb. Societas n. 3. in loc. Commun. de communi itidem te-  
stans. Joh. Per. de Ferrar. in practic. aurea. tit. 38. gloß. 4. n. 3. &  
eum pluribus ibidem allegat. Ant. Masverius communem etiam hanc  
vocans. Dissentiit aliter Per. Nicol. Mozzius de contract. rubric. de  
naturalibus Societatis opiniones hasce contrarias septem modis conciliare  
nitens: Sed ut videtur parum subtiliter. Dissentiit alio modo  
variè distinguens & subdistinguens Joh. Berberius in practic. aurea  
lib. 2. rubric. 9. n. 21. & seqq. Urgent autem dissentientes præcipuè  
inæqualitatem, sed ut ex prioribus patet hic nulla adest, & tandem  
aliquo Casu emergeret quædam propter incertitudinem & raro con-  
tingentiam non esset curanda. In l. 81. & aliis ff. h. t. falso præsup-  
ponitur universalis societas. Porro in sumptibus studiorum ut i-  
dem sentiamus suadent l. 4. ff. ubi pupill. educ. deb. junct. l. fin. §. 5.  
(de bon. que lib. l. 6. §. 5. ff. de Carbon. edit. l. 1. & 11. ubi utrobique  
Gottofred. C. de negot. gest. & tradita doctissimi Hilligeri lib. 19. Don.  
enucl. cap. 4. lit. XX. & Magnifi. Richteri ad auth. habita C. ne fil. pro  
patre part. 3. vers. sextum privilegium p. m. 77. Sequitur ergo ex his  
dictis vitricum privignam interdum pro parte dotare necesse habere,  
stante nempe consuetudine statuto vel pacto, ut inter maritum & u-  
xorem universalis contrahatur societas, ejusmodi statuta valere tradi-  
dit And. Gail. lib. 2. obs. 26. n. 19. præjudicio Cameræ sententiam suam  
firmans: & jure Civili quoque per pacta (quæ affrayramenta in Gal-  
lia dici scribit P. Greg. Tholoff. lib. 27. cap. 4. n. 7. Syn. 7. II. de quorum  
justitia latissime disserit Joh. Berberius ubi supr. n. 19.) talem iniri po-  
tuisse probant apertè l. 16. §. 3. ff. de alim. vel cibar. legat. l. 17. §. 1. ff.  
solut. matrim. l. 32. §. 24. ff. de donat. inter vir. & uxor. Loca autem  
ubi hodie vi consuetudinis ejusmodi Societates inter conjuges etiam  
absque conventionione contrahantur cumulant: Joh. Garsias à Saa-  
bedra n. 17. penult. de Conjugum acquasit. n. 1. & seqq. P. Greg. Tholoff. loc.  
cit



est. Pet. Bysius ad l. 3. pr. & s. 1. n. 2. segg. ff. hic. Multique relati  
ab Hüllegero lib. 13. Donell. enucl. cap. 16. lit. B. & jure Saxonum talem  
quoque obinere per art. 31. lib. 1. Landrecht ibi. ungezwent Gurf.  
vult Christoph. Zobel. & ab eo citari part. 2. diff. 26. in diff. Jur. Saxon.  
& Civil. licet Gless. lazun. ad illum locum Jur. Saxon. lit. a. textum  
non de dominio sed de possessione exponat: de quo textu & ejus  
materia vid. accuratius P. Fröd. Mandan. lib. 3. Consultat. Saxon. q.  
98. De hujusmodi ulterius societate quædam etiam habes apud Alvar.  
Valascum tom. 2. Consultat. 103. Morzium rubric. qui societatem con-  
trahere possunt n. 11. & segg. Scipior. Genulem tr. de donat. inter vir. &  
uxor. lib. 1. cap. 15. Ad quamnam autem teneatur vel non adstringatur  
aliàs socius universalis latissimè & practicè exponit Card. Tuschus  
tom. 7. verb. societas concl. 283.

Th. 5. Cum Judæis iniri posse Societatem de jure ve-  
rissimum.

Cumenim unicuique liceat contractus celebrare nisi cui id de  
jure inhibetur arg. l. 5. C. de oblig. & act. Judæis autem contrahere &  
cum illis commercia exercere permissum nedum prohibitum l. 8. l. 9.  
C. de judæis. apertè sequitur contractum societatis inire eos & cum  
iis haberi posse, præsertim cum hic sit juris gentium l. 7. §. 1. ff. de pactis.  
cujus juris & inde ejus effectorum omne humanum genus particeps  
§. 2. Inst. de l. N. G. & Civ. & proinde quoque Judæi. Probatque  
nostram sententiam apertè Recept. Imperii Augustan. de Anno 1551.  
§. Diesen zu begegnen. Et idem de Jure Canonico verissimum esse  
evincit cap. 14. in fin. & cap. ult. extr. de judæis. De quo nec dubi-  
tandum ulterius cum juxta Joach. Mynsing. cent. 5. obs. 6. in Germania  
hodie ex stylo & consuetudine Judæi sint Cives Romani, & inde juris  
Civilis quoque participes arg. §. 1. Inst. de J. N. G. & Civ. Quoad  
forum verò conscientia quin tutius sit ab ejusmodi contractu absti-  
nere non dubitandum, uti & tradit & multis eleg. ration. firmat  
Incluta Facultas Theologica Jenensis apud Georg. Deackenn. vol. 2. sect.  
6. n. 6. Conflior. Ecclesiasticor. qua ratione & rectè duram & pericu-  
losam esse hanc societatem, scripsit Ant. Corstinus in suis singular. lit.  
§. post. pr. Dissentit à thesi Josephus Ludovicus in concl. si is commi.  
quem refert Hector Felicius tr. de societ. a. cap. 8. n. 2. 3. Aliter dis-  
sentiant qui Judæos ne quidem in Re publ. tolerandos esse volunt sed

hi



hi nimium rigerosi & ut videtur inepti ut rectè monstrant *Eberhard*,  
*Spekhan cent. 2. cl. 1. qv. 16. per tot. in 99. Jur. Civil. P. Greg. Tho-*  
*loff, lib. 33. cap. 4. num. 11. Jac. Cujacius lib. 7. obs. 30. Georg. Schonborn,*  
*lib. 3. Pol. cap. 36. Dom. Arumæus discurs. 5. ad Aur. Bull. rb. 6. Theo-*  
*odor. Reinking lib. 2. class. 2. cap. 3. n. 13. tr. de regim. secul. & Ecclesiast.*  
*Magna. Dn. Benedicti, Carpzov. l. 5. tit. 5. resp. 38. n. 5. in respons. Electoral.*  
Videri quoque possunt Facultatis Theologicæ Jenensis Francofurten-  
sis ad Oderam & Christophori Helvici hac de re judicia apud *Dedekenn*  
*loc. cit. n. 1. 2. & 3. Fr. Balduinus in Constant. Magn. lib. 1. p. m. 8. &*  
*f. 99. De judæorum usuris quantas & quales exigere valeant latissimè*  
*videndus Prosper Farinarius lib. 3. cons. 197. & 198. & quatenus à Ma-*  
*gistratu tolerari eorundem usuræ possint latissimè Conradus Sammar-*  
*chanus de Calov. de Contract. tr. 2. q. 26. 27. & 28. & cur Ecclesia judæ-*  
*os non hereticos toleret. eleg. Hippol. de Marsil. sing. 35. n. 2. De Ju-*  
*dæis denique multa singularia habes ap. Dn. Sigismund. Finkelthaus*  
*obs. pract. 84. per tot.*

**Th. 6. Cum excommunicatis contractum societas  
haberi posse arbitror.**

Non enim excommunicatio est privatio hominis ab aliorum  
hominum participatione uti scripsit *Barthol. Cartagena lib. 5. expost.*  
*tit. Jur. Can. tit. 39. obs. fin. & privatio omnis beneficii legis & par-*  
*ticipationis, uti voluit Hostiensis in Summa Extr. de sentent. excommu-*  
*nic. n. 11. Sed nihil aliud est quam Christiani hominis à corpore Ec-*  
*clesiæ vel saltem à participatione sacramentorum ejus, exclusio ut rectè*  
*Heinric. Canisius in summ. Jur. Can. lib. 3. tit. 23. & nuncupatio-*  
*ne Ecclesiasticæ censuræ venit Joh. Paul. Lancellorus lib. 4. Inst. Jur.*  
*Can. tit. 12. diciturque quoad Episcopum actus mixti imperii in spiri-*  
*tualibus Petr. Anton. de Petra tr. de fideicommiss. q. 12. n. 409. & divi-*  
*narum poenarum species P. Greg. Tholof. lib. Synt. I. II. 31. cap. 8. pr.*  
*& ultima poena quâ Ecclesia punit Alex. Peregrin. r. de duello q. 8. n.*  
*12. ita ut nulla major sit in Ecclesia poena Marc. de Mantua sing. 103.*  
*n. ult. Gabriel. Sarayna in add. ad sing. Math. Mæheslani ad sing. 130.*  
*n. 15. ut ita nihil aliud sit quam res spiritualis: non ergo erit ad tem-*  
*poralia protrahenda, cum poena quæ Ecclesiastica est debeat esse com-*  
*mensurabilis delicto can. disc. de st. 45. potissimum cum à iudice Ec-*  
*clesiastico hæc poena tantum decernatur, qui licet Papa sit non habet*  
juris-



jurisdictionem in temporalibus cap. 7. Extr. qui sit. sint legitim. liga-  
bit itaque homines ut Christianos non ut jure Civili & aliis utentes  
arg. l. fin. ff. de jurisdic. & cap. ult. in fine de constitut in VIto. Præterea  
certum est administrationem temporalium non esse adeptam ex  
communicato ut rectè post Innocent. Hostiens. & Panorm. ibi relatos  
tenet Heinric. à Rosenthal. in Synops. Feud. cap. 3. concl. 23. lit. a. eun-  
demque testari posse Brunner. à Sole in loc. comm. tom. 1. verb. excom-  
municatus n. 1. de communi testans (licet in hoc dissentiat Andr. Fa-  
chineus lib. 5. contr. 88. & aliter P. Greg. Tholoff. lib. 42. cap. 8. n. 13.  
eujus distinctio refelli potest ex trad. subtilissimi Hilligeri ad lib. 6.  
Donell. cap. 5. lit. B.) Quid ergo prohibet statuere excommunicatum  
ut dominum rerum suarum de iis libere disponere juxr. l. 22. C. mandati.  
& cū ea peragere possit, quæ ad cives tantummodo Romanos pertinent  
arg. l. 1. ff. ad l. Falcid. & hunc contractum qui juris gentium est l. 7.  
§. 1. ff. de pactis celebrare posse. Insigniter porro firmat hanc no-  
stram sententiam cap. significasti 6. X. de eo qui dux in matrim. ubi  
legitimum pronunciatur Matrimonium excommunicati, atqui nu-  
ptiæ propter arctissimam conjunctionem societati proximè accedunt  
arg. l. 1. ff. rer. amotar. l. 1. ff. de rit. nupt. l. 4. C. de cum expil. hered. imo  
Species societatis à doctissimis Jctis statuuntur Hugo Donellus lib. 13.  
comment. cap. 15. & 17. ubi Hilliger lit. Z. P. Greg. Tholoff. lib. 9. Synr.  
cap. 4. n. 1. loh. Kizelius in Synops. matrim. lib. 1. theor. 3. lit. B. licet  
subtiliter contrarium sentiat & multis firmet subtilis Valent. Rie-  
mer. decad. 2. q. 1. illust. qq. Facit huc & nostram sententiam ultra-  
rius juvat cap. felicitis vers. verum de pæn. in VIto. quem text. ad hoc  
valde notabilem & singularem esse scribit Felin. in cap. 34. X. de  
sent. excomm. n. 2. & per quem sic communiter tenere Dd. adserit  
Hoël. Felicius in tr. hic. cap. 8. n. 6. Non autem restringo adsertio-  
nem meam ad eum saltem casum, ut nempe tunc obtineat tantum  
quando mihi damnum contingeret ex dissolutione societatis quod  
tunc non tenere socium excommunicatum vitare & quod eo casu  
non prohibear cum excommunicato jure hujus contractus uti: ut re-  
stringit Joh. Baptist. Vivian. in ration. jur. Pontif. ad cap. 34. X. de  
senten. excomm. tùm quod sic temporalia præponerentur spirituali-  
bus contra cap. 5. X. de major. & obed. tùm quod contra æqualita-  
tem in societatis contractu tantopere necessariam, sic peccaret alter:

tua



tum denique quod sic occasio hominibus permitteretur, cum alterius  
damno locupletari contra *reg. locupletari de R. I. in VIto. ubi pulchre*  
*Henrico Canis*, quod tamen juri naturali adversatur *l. 14. ubi innumera*  
*juris loca cumulat Gottofred. ff. de condit. indeb.* Multominus pro-  
bare possunt *VVolf. Sigismund. à Vorburg.* sententiam qui in aureis.  
*rudiment. & parais. Jur. Can. rubr. de effectibus excomm. artic. 8.*  
statuit, cum vitando, (h. e. excommunicato) contractus celebrare  
non esse licitum, validos tamen esse si cum eo fiant exceptis casibus  
quibusdam. Præterquam enim quod ea quæ contra leges tanquam  
illicita fiunt pro infectis habeantur & nullis *l. 5. C. de leg. cap. que con-*  
*tra. 64. de R. I. in VIto.* nemini incognitum est, non firmari tractu  
temporis quod ab initio de jure non subsistit *l. 29. ff. de R. I. cap non*  
*firmatur 18. de R. I. in VIto.* quod in contractibus præsertim obtinet  
*l. 83. S. 5. ff. de V. O. l. 18. C. de donat. inter vir. & uxor. & cum alicui quid*  
*una via prohibetur ad id alia non posse eum admitti cap. cum quid 84.*  
*de R. I. in VIto.* Minime verò sentire possum cum *Card. Tufcho qui*  
*tom. 3. concl. 455. n. 8. præct. concl.* scribit, excommunicatum ab om-  
nibus contractibus esse exclusum: Refellitur enim ex superioribus.  
Nec Tufchum juvat *cap. pia de except. in VIto.* de communibus enim  
actibus in judiciis ibi Innocentium loqui, totius capituli contextus &  
rubrica sub qua caput locatum est monstrant. Alios autem textus  
Juris Canonici qui contrariari videntur facile solvere poteris, si de  
communione interna cum excommunicatis non habenda illos ex-  
ponas, quod suadet *eleg. can. multis caus. 2. q. 1. cum nec communicare*  
*excommunicatis dicatur qui eis animo non consentit text. express.*  
*in cap. antecessor 104. & cap. prædecessor 105. Caus. 13. q. 3.* Dissentit à  
thesi *Hofstiensis in cap. veritatis X. de dol. & contumac.* quem refert  
*Felicius loc. ubi supra. & refutat Felin. loc. cit.* Dissentit aliter & di-  
stinctivè *P. Nicol. Mazzius tr. de contract. h. t. rubric. qui societatem*  
*contrahere possunt. n. 24.* Sed quid dicendum de hæreticis, annon  
cum illis societatis communio esse potest. Et verior negativa, tum  
per text. express. in *l. 4. §. 3. C. de hæret. & Manich* tum quod neque  
testari neque quicquam ex testamento capere possint *d. l. 4. §. 2. &*  
*auth. Credentes d. r. tum quod ipsis nulla obligatio efficax quæquam*  
*exigendi remaneat d. auth. Credente & cap. si. ubi pulchre I. h. Ba-*  
*piæ. Vivian. in rational. X. de hæret.* tum quod omnium rerum



suarum dominium, earundemque administrationem ipso jure à die commissi criminis amittant *cap. cum secundum leges 19. X. de heret. Card. Tuschus tom. 4. concl. 102. n. 8. & 9. tùm denique quod omnia ipsorum bona ipso jure, (sententia tamen declaratoria pravia juxt. trad. Viviani in cap. 13. X. de heret.) confiscentur d. l. 4. §. 1. & auth. Gazaros C. de heret. cap. 19. ubi & ratio de heret in Vlt. de quibus bonis ipso jure confiscatis legi potest latissimè de his tractans Prosper Farinat. tr. de heresiq. 190. §. 12. & lib. 2. Consil. Crim. Consil. 117. & 118.* Et plura politicas ad rationes pertinentia de hæreticorum foederibus, (quæ nomine societatis veniunt Christoph. Besold. tr. de foed. cap. 2. §. 6.) fugiendis habes apud ICros Dillingenses in *Composition. pac. cap. 6. q. 26. Besold. lib. citat. cap. 4. §. 6. & seqq. Ant. Colerum de jure Imper. Rom. sect. 76. & seqq. Du. Joh. Wümbserum exercitat. jur. pub. §. 1. th. 7. & alios.* Sed quid sentiendum de societatibus cum Saracenis? Nominè quidem Saracenorum omnes eomprehendo gentiles & idololatras secutus Barth. Cartagen. in *expos. tit. Jur. Can. lib. 5. tit. 6. obf. 3.* qui & pagani dicuntur in *cap. 10. & 16. X. de Saracen. & qui sunt forsitán similes Barbaris de quibus in l. 2. C. quæ res exportar. quos hostes & hodiè generaliter Turcas interpretatur Joh. Sighard. ad d. 1. tit. 1. n. 1.* Et cum iis etiám societatis contractum esse posse reor, tùm per *cap. ex speciali X. de judæ. & saracen. tùm quod saltem certarum rerum (de quibus pulchrè Bendenut. Stracha de mercator. part. 4. n. 12.) commercium cum illis sit nobis interdictum, tot. tit. C. quæ res exportar. non deb. cap. 6. X. de judæ. & saracen. tùm denique quod pagani melioris conditionis esse videantur quam excommunicati Can. ad mensam caus. 11. q. 3. atqui cum excommunicatis contrahere licitum ut supr. Dissentit Nicol. Boerius decis. 179. n. 8. Mozzius h. t. rubr. de person. n. 23. Henric. Boerius part. 1. class. 2. disp. 5. th. 5.* Limito tamen hanc meam sententiam ut non procedat tempore Guerræ quò omne omninò commercium cum Saracenis sive hostibus nobis est prohibitum per *cap. 12. X. de judæis & saracen. c. unic. in Extravvag. Joh. XXII. cod. ut & rectè sentit Ben. Stracha de mercator. part. 3. n. 13. & Jul. Clarus lib. 5. pract. Crim. §. fin. q. 77. n. 5.*

Th. 7. Ut unus operam alter pecuniam conferat potest, contrahi societas, & tunc eâ finita capitalis summa haud quaquam inter socios dividenda.

Prius



Prius probat §. 2. *Inst. h. t. & l. 1. C. hic cum simil.* ratio redditur  
in d. §. 2. & l. 52. §. 2. ff. h. t. ubi tamen pro velamentum legit *fac.*  
*Cujacius in nor. ad Inst. h. t.* levamentum quem sequi videtur *Jul.*  
*Pacius in nor. marg. ibid. lit. d. & aliter alii quos refert ibidē Gortofredus.*  
Posterius ostendit d. §. 2. *Inst. hic. ibi.* lucrum inter eos commune sit.  
E. per l. 22. pr. ff. solut. matrim. & l. 10. ff. de lib. & posth. l. 52. §. 2. ibi.  
commune querendis fructibus ff. h. t. Accedit quod cum societatis  
contractus debeat esse æquus & justus propter l. 63. pr. ff. h. r. requiratq;  
supremā bonam fidem ut pulchrè loquitur *Casar Ursil. ad decis. Marb.*  
*de Afflict. decis. 58. n. 3.* præsuppositā contraria sententia maxima e-  
mergeret inæqualitas, cum socius hic non solummodo commodita-  
tem pecuniæ sed ipsos etiam perderet nummos ubi e contra alter solus  
operas inanes habuisset: Nec enim credo inter operas ipsas & ca-  
rundem usum esse quandam faciendam realem differentiam, & puto  
ego omninò *Imp. in §. 2. Inst.* hic non ad operas sed ad earum com-  
moditatem respexisse: Cum nec operæ dicendæ sint, quæ absque usu  
vel saltem illius intentione exercentur, ita ut rectè dicatur operas esse  
ex numero earum rerum in quas propriè usus non cadit. *arg. l. 1. ff. de*  
*oper. servor. l. 9. pr. ff. de oper. libero.* Si quis autè de capitali ponentis  
operas me interrogaret, responderem illud propriè non esse operas,  
sed personam ipsam operativam, quæ socialiter suo se communicare  
censeatur socio. Non obest l. 58. §. 1. ff. h. r. diserte enim loquitur  
de pecunia expresse communicata, cum e contra in nostro casu non  
ipsa, uti dictum est, pecunia sed ejus commoditas censeatur commu-  
nis facta, quod & eleganter monstrat, licet in dissimili casu *Bachov.*  
*ad Tr. loc. ubi supr. th. 9. lit. a.* Et licet hoc ut in conjectura consi-  
stens non placeat *Hunnio, lib. 3. tract. 7. part. 3. q. 2. tractation. jur. Ci-*  
*vil.* tamen reponendum illi est, inspicere illud deberi in obscuris quòd  
ex mente contrahentium verisimiliter actum est l. 14. ff. de R. I. latè  
*Nicol. Everhardi loc. leg. 11. per. tor.* cum ergo nemo præsumatur  
suum velle jactare l. 25. ff. de probat. non video cur non de tali ut in-  
thesi diximus, contrahentium mente vera & probabilis possit desumi  
conjectura. Et licet tandem ponatur communicatam esse pecuniam  
ipsam, non tamen aliter ex mente contrahentium communis facta  
erit, quam, ut societate finitā redire debeat in solidum ad pristinum  
dominum, quod quomodo fieri possit mutui exemplo discimus, sicuti



enim mutuatarius durante mutuo & fructus & proprietatem rei mutuatæ habet quæ proprietas tamen finito tempore contractus ad mutuantem omnimodo redit; quid obstat ut non idem dicamus de hoc nostro societatis contractu. Et ita nobiscum sentiunt *Steph. Bodæus ad §. de illa Inst. h. t. lit. I. Ioh. Sychard ad l. 1. C. hic num. 4. And. Gail. lib. 2, obs. 24. n. 6. omni pugna hoc carere scribens. Andr. Gerhard. decad. 15. qu. 9. in exercitat. Iustinian. Ioh. Schneidovvlein ad §. 2. Inst. hic. n. 4. Val. Guil. Forsterus disp. 18. th. 15. in tractation. Iustin. Ioach. Schütz in Synops. jur. Civil. vol. 2. notab. 55. Stamlerus loc. supr. citat. th. 32. Iacob. Gramer. discept. super Inst. 18. th. 19. Ieremias Sæzer. selectar. dispp. disp. 26. th. 6. Dissentit Gloss. Bart. & Dd. in l. 1. C. h. s. Frideric. Tileman. disp. ad ff. 24. th. 36. Helfr. Ulric. Hunnius. loc. citat.*

**Th. 8.** Facta ejusmodi societate in qua operam unus alter pecuniam confert, periculum pecuniæ solum ad ejus collatorem pertinet.

*Per l. 5. §. 1. l. 29. §. 1. ff. h. t. & manet collator dominus. E. per l. 9. C. de pignor. act. & utique non pecunia ipsa sed saltem ejus commoditas censetur esse communicata, ut in th. precedenti probavimus. Nec necesse est ut §. fin. Inst. hic. ubi. communibus probus, qui ex mente dissentientium communicationem pecuniæ probat de omnimodo societatis exponamus: & posito si eum hoc modo exponeremus quid obstat, quod usus pecuniæ & operæ non etiam possint res vocari communes. Nec obstat l. 52. §. 3. & 4. ff. h. t. quo textu solum imprimis moveri ut contra nos sentiat, scribit Hunnius d. lib. 3. tract. 7. part. 3. qu. 1. In illis enim locis solas operas ex parte proficiscentis intervenisse concedendum non est, & vocabulum suam, quod tantopere urget Hunnius minimè cum juvat, præterquam enim quod à multis desit exemplaribus ut virgulæ in Gottofrediana editione adjectæ probant, dicendum pecuniam illam & alias res quas deperditas memorat Ictus non ad societatem sed ad socium extra societatis causam pertinuisse, quas quia societatis occasione amisit socius non injuriâ pro rata repetet: Et non concludit quod Hunnius adjicit, multo magis damnum commune esse debere si alter solas operas contulisset, quippe cum minus hic, ille majus damnum incurrisset; cum & operæ hoc casu pecuniam æquare possint arg. §. 2. Inst. h. t. & illo casu forsitan operæ & pecunia conjunctim, alterius sorti*



noy forti pares fuerint quæ præsumptio ex l. 25. ff. de probat. profluit. Li-  
mito tamen hanc & antecedentem conclusionem cum Covarraviare-  
lato à Bachovio Arumæo Forstero & relatis à Tilemanno loc. citat.  
quod eatenus procedant, quatenus inter operas & pecuniam inæqua-  
litas evidentiore non adpareat. arg. l. 6. & 83. ff. h. r. & trad. P. Nicol.  
Mazzii rubric. de naturalibus societas n. 1. 2. 3. & seqq. Dissentit  
à thesi Treutlerus loc. cit. rh. 9. lit. a. & ibidem late Hunnius.

Th. 9. Ita potest coïri societas ut quis lucri partem fe-  
rat de damno non teneatur.

Text. express. in §. 2. Inst. hic & l. 29. ff. h. r. Diversimode enim  
posse contrahi societatem indubium, contrahimus siquidem vel in  
perpetuum quod civiliter explicat Paulus in l. 1. ff. h. r. ut & idem vo-  
cabulum idem exponit in l. 1. ff. de jure dot. vel ad tempus vel extem-  
pore vel sub conditione d. l. ff. hic. licet de posteriore olim dubita-  
tum l. penult. C. h. r. apud quosdam non omnes arg. l. 1. & 75. ff. h. r. ra-  
tio autem dubitandi potuit desumi ex Ulpiano tit. 19. Inst. §. 2 & seqq.  
junct. l. 77. ff. de R. I. decidendi hodiè ex tit. C. de usucap. transform.  
& aliis alias rationes recenset Hilliger all. lib. 6. 15. lit. F. Et adeo videre  
licet pacta contrahentiù etiã hunc contractũ variè modificare & regu-  
lare posse; cum & in jure non infrequens sit voluntate contrahentium  
etiã extra naturam contractus alterari posse arg. l. 24. & 27. ff. de  
positi. modo id ejusmodi in conventionibus observetur ne tota con-  
tractus substantia & natura evertatur arg. l. 12. pr. ff. de precar. quod  
idem & de nostro societatis contractu sentiendum arg. l. 29. §. 2. ff. h. r.  
ubi leonina societas rectè reprobatur, in quam fermè incidere vide-  
tur illud nostrum ex d. §. 2. Inst. h. r. desumptum axioma, sed sanè il-  
lud intellectum nullo scateat absurdo non enim omne omni & singulo  
casu acceptũ damnum lucrumque ita consideratur simpliciter ut unus  
solum lucrum alter omne damnum cum parte lucri semper sentiat,  
hoc enim quin non valeret utpote manifestè & enormiter inæquale  
non dubitandum, sed lucrum ita intelligendum ut in d. §. 2. & l. 30. ff.  
h. r. quod nempe deducto damno superest, & ita sic explicanda no-  
stra thesis, ut confuso utriq; omni damno & luero si finita societate  
damnum superstit tantũ ut id unus solum ferat, rem per se obscurem  
tali dilucido casu; Titius & Mævius sunt focii; Titius possit capitale  
120. Mævius operã quæ non major 100 potest jam pacisci Mævius, qui  
fortu-



fortuna favente partem lucri indubitanter percipit, ut nullo emergente lucro sed nudo damno in 20. florenis accepto, non teneatur ad refarciendum socio 10. quod alias facere obstrictus esset, præsupposita thesium antecedentium limitatione nempe hic evidentiora adesse ratione capitalis inæqualitatem. Et ita ferè hanc rem explicat Reinhard. Bachov. ad Tr. dist. disp. th. 9. lit. 6. & ad §. 1. Inst. h. t. n. 1. Aliter sed inconcinnè exponit nostram Conclusionem Joh. Oldendorpius Class. 4. ad. 21. p. m. 522. Aliter Joh. Harprecht. tom. 3. operum ad §. 2. Inst. h. t. Sed inconcinnius neque ad mentem Imperatoris. Et sic forsitan intelligendus Servius in d. l. 30. ff. h. t. ne pugnam inter d. l. 30. & §. 2. inducamus: Vide pulchre Donell. lib. 13. cap. 16. Matth. Wesenbec. ad d. §. 2. Stamlerum d. disp. 12. th. 36. & seqq. fac. eleg. trad. Reinhardi Bachovii in exercitiar. ad poster. parti. Chiliad. error. prag. Fabri. ad error. 2. in fin. Paulo aliter quoad concordantiam horum locorum sentit idem Bachov. ad §. 2. Inst. hic in fin. Limitandam tamen censeo nostram positionem ut in societate ubi cum pecunia opera conferuntur, procedat tantum, ubi enim æqualis pecuniæ in commune datur, vix est ut ab enormi inæqualitate talem pactiōnem salvare possis: ut recte Fr. Vivius decis. 180. lib. 1. n. 2. Caspar Aldenacius in commentar. Inst. h. t. ad §. 2. vide etiam & accuratius perpende d. §. 2. & l. 29. §. 1. ut & l. 52. §. 1. ff. h. t. Ceterum quomodo alias societas disparis lucri contrahi possit practice & latissimè suo more exponit Card. Tschubus loc. supr. alleg. concl. 285.

Th. 10. Societatem vitiat pactum ut unus capitale semper habeat salvum.

Tum quod ob lucrum grande ex negotiationibus, eventu frequenti proveniens, insignem usurariam pravitatem sapiat, hoc pactum, ut multis contra Navarrum diversum sentientem probat Joh. Parladorius lib. 2. rer. quotidian. cap. 2. n. 10. & seqq. Fr. Vivius lib. 1. decis. 180. per tot. & patet ex Brunnore à Sole tom. 2. loc. comm. verb. usura. n. 2. Atqui ob usuras illicitas contractus invalidantur & reprobandantur. Ordinat. Imper. Augustan. de Anno 1548. tit. von wucherlichen Contracten §. und nachdem die wiederkäufer ibi. vor wucherlichen und unkräftig Ordina. Elector. Sax. Torgensis de Anno 1583. tit. von wucherlichen Contracten §. setzen ordnen. Tum quod ejusmodi conventio societatis substantiam & naturam in totum alteret & in mutui spe-



speciem transfuadat, quam speciem mutuum merè naturale *Gloſ. ad  
pr. Inſt. quibus mod. re. contrah. obl. D. Richter de contract. diſp. 2.  
th. 3. præſumptum Reinhard Bachov. ad Tr. diſp. 20. th. 1. lit. D. vol.  
1. quali mutuum Juſtus Meierus in colleg. argenti rit. de rebus cred. th.  
7. vocant. licet hanc diſtinctionem in totum repudiet Si amlerus de  
contract. diſp. 2. th. 20. & ineptias confuſiones que contractuum adpel-  
litet *Ant. Marhai diſp. 7. de fundam. quibusd. jur. aliter jaciend. th. 60.*  
Sed vide *Cujacium lib. 8. obſ. 33. & Mozzium rubr. de mutuo ſ. mutui  
diſiſiones.* Cum enim pecuniam quis dat in genere reſtituendam  
mutuum contrahere videtur, per l. 2. §. *mutui datio ff. de reb. cred. &*  
utique dominum facit in ſolidum ponens hoc modo pecuniam, acci-  
pientem, tum quod absque dominio non poſſit perfectè uti pecuniâ,  
quippe conſumptio ejus ipſi denegaretur & hac ipſa commodi num-  
morum perceptio cum non aliud propriè commodum & genuinum  
verus ac principalis pecuniæ uſus ſit, ut aliarum rerum fungibilem,  
quam abuſus, qui certè dominium ſeu proprietatis ſaltem aliquid præ-  
ſupponit §. 4. *ubi eleg. Bachov. n. 4. Inſt. de uſufruct. text. apert. in  
l. 7. ubi & ponderand. rot. rit. ff. de uſufr. ex. Rer. tum quod periculi  
ſuſceptio ſpecialiter hic & expreſſè interveniat.* Nec obest contra  
hoc ultimum Navarri objectio ex l. 1. C. *commodat. & cap. unic. X.  
eodem. ut & ex l. 1. §. ſi convenerit ff. de poſiti & cap. ſin. X. ibid.*  
deſumpta, quia extrema diverſitas rerum fungibilem & rerum hoc  
modo depoſitarum commodatarumque diverſam juris diſpoſitio-  
nem cuilibet monſtrat. Nec dicas dominii translationem impediti  
per errorem in cauſis debendi, illum enim non nocere liquet ex l. 36.  
ff. *de adq. rer. dom. & l. 53. ff. de condi. indeb.* Neque negotium  
facit l. 18. ff. *de reb. cred.* ſpectatur enim ibidem eventus ut ſcilicet ibi-  
dem nummi non ſiant perfectè accipientis, irrevocabiliter apud eun-  
dem remanſuri arg. l. 38. §. 3. ff. *de ſolut. & l. 71. ff. de V. S. ut recte  
ſentiunt Donellus lib. 4. comment. cap. 18. ubi Hilliger. lit. C. Pet. Bu-  
ſius ad h. l. 18. ff. de reb. cred. Aliter reſolvit Jul. Pacius cent. 3. evau-  
lia q. 67. Aliter Val. Guil. Forſterus tr. de dominio cap. 9. n. 152.  
Aliter nec inconcinne Marc. Lyclama lib. 5. membr. an. eclog. 17. Ali-  
ter Joh. Gæddens tr. de mutuo cap. 1. concl. 2. n. 66. non de translatione  
dominii ibi quaſtionem eſſe quæ utique indubitanter facta fuiſſet  
per l. 36. ff. *de adq. rer. dom.* sed an & qualis fuiſſet factus contractus  
ibi**



ibi Ictum quæsiſſiſſe, ſentiens & multis firmans. Aliter alii quod  
refert *Hilliger. loc. cit.* Nec obſtat quod contra hanc conciliatio-  
nem objicit *Bachovius diſp. 20. vol. 1. th. 4. lit. a.* ſine  
titulo non tranſire dominium, qui hic deficiat, responden-  
dum enim ſufficere interdum titulum putativum *arg. l. 2. §. 2. ff. pro  
empt. §. l. 31. S. ubi. ff. de uſucap. &* utique impedit hic diſſenſus in titu-  
lo ut non omnino & plenarie res tranſeat, quo de defectu arguit *Ju-  
lianus. in verb. cum alia opinione acceperit*, ſcilicet non ea ac ſi nullo  
modo acquirere & habere voluiſſet nummos ſed voluit ea opinione  
ut quaſi creditos aliquando redderet. Nec credo etiam vindica-  
tionem competere ei qui ſic tradidit, nummis extantibus, quod  
etiam ibidem vult *Bachovius*; non enim oppoſitionem facit *in d. l.*  
*Ictus &* dicit quod in contrario caſu conditione (ſine cauſa puta *arg.*  
*l. 1. ff. de condit. ſin. cauſ.*) non teneatur ſed ejus mens eſt, quod licet  
nummis conſumptis teneatur, tamen poſſit agenti objicere exceptio-  
nem doli. cum ex bono & æquo hæc conditio competat, & nummis  
conſumptis forſitan non locupletior factus fuerit accipiens, indeque  
effectivè denegetur hæc conditio, *arg. l. 8. §. 22. ff. de tranſact. l. 3. §.*  
*l. 66. ff. de condit. indeb. eleg. Hieron. Trentorius diſp. 22. th. 7. lit. C.*  
*junct. th. 11. lit. B. vol. 1.* Nec movet quod ſpecialiter obligandi a-  
nimus, quem in contractu mutui tam præciſe requirere videatur *jura*  
*l. 19. pr. ff. de reb. cred.* hic deficiat; Respondendum enim animum  
obligandi præſumptum ſufficere *arg. l. ſin. ibi* juſta præſumptione  
*C. ex quibus cauſ. pign. rat. contrab. fac. eleg. l. 20. ff. de reb. cred. &* in-  
ſpiciendum etiam hoc caſu non quid dixerint ſed quid ſenſerint con-  
trahentes, cum contractus non ex verbis contrahentium ſed ex legis  
diſpoſitione adpellationem & vires deſumant *l. 6. §. 1. ff. de act. empt.*  
*l. 6. de præſcript. verb. l. 6. ff. de ſolut. l. 15. §. 4. ff. locati.* Confirmat  
ulteriùs ſententiam noſtram de tacito mutuo, quod alium contractum  
hæc conventio non produxerit, non commodati *per l. 3. §. 6. l. 5. §.*  
*12. ff. commod. cum ſimil.* nec donationis *l. 1. ff. de donat.* nec depoſiti  
*l. 1. ff. depoſiti* neque locati *l. 39. ff. locati* (& *ad l. 31. ff. ibid. respondeo*  
*Gottfried.*) nec precarii *l. 1. §. 2. ff. de precar.* non emptionis vendi-  
tionis *per l. 11. §. 2. ff. de act. empt.* neque per mutationis negotium  
*arg. l. 1. ff. de permutat.* nec alius contractus in nominati ſpeciem quod  
per ſeparet. Nec alium contractum quemcumque quod facile quis  
omni-



omnium naturam accuratè ponderando inveniet, ne ergo actum fru-  
 stratorium statuamus, mutuum contractum videbitur: Mutuum  
 porro nostris in terminis eleg. dilucidat text. in l. 9. §. fin. ff. de reb. cred.  
 quem merito ad hoc singularem & notabilem adpellito. vide eundem  
 rationibus pulchris nec à nostro instituto alienis, illustratum apud  
*Quirin. Kubach. cent. 1. decur. 1. q. 4. in fin. in suis qq. illustr. suffici-*  
*enter denique probat mutuum per hoc pactum inductum esse consti-*  
*tut. Imper. de anno 1545. tit. von wucherlichen Contracten §. von wieder-*  
*käuffer gulten.* Ubi statuitur si emptor annuorum reddituum non  
 transferat irrevocabiler sortem sed ejus repetitionem sibi pacto re-  
 servet, mutuum contractum esse & porro usurariam pravitate  
 quod latius deductū habes ap. *Andr. Gail. l. 2. obs. 7. n. 14. Andr. Ranch-*  
*bar. part. 1. q. 19. n. 15. & 19. Magn. Dn. Benedikt. Carpzov. l. 1. respons. 107.*  
*n. 10. & 11.* Tum denique quod summā & extremā hoc pactū inter socios  
 importat inæqualitatem quia duplici damno recipiens facilimè affi-  
 ceretur & ponens semper in tuto navigaret, quod sanè socialis frater-  
 nitas non patitur pulchre *And. Gail. lib. 2. obs. 24. num. 3.* ut ita miret  
*Bernhard. Schottanum in exam. jurid. ad h. t. ff. qv. 4.* scribentem  
 nullam rationem hoc pactum prohibere & nihil iniquitatis continere  
 prius enim ex prioribus nostris posterius ex ultimo satis refellitur.  
 Nec obest cap. per vestras X. de donat. inter vir. & uxor. quod unum  
 contrariæ sententiæ fundamentum posuit *Bocerus loc. alleg. th.*  
*24.* cum ibidem pontificem ne somniasse quidem de ejusmodi socie-  
 tatis illicitæ modo verba textus monstrent, & nihil magis ex illo textu  
 evinci possit quam modicum usurarum modum non omninò repro-  
 bandum esse quod tamen Cc. ibidem communiter non admittunt. Vi-  
 de de illo *Joh. Baptist. Vivian. in rational. ibid. Parlador. loc. alleg. &*  
*Felicium d. tr. cap. 19. Conradum de contract. tr. 6. qv. 94. pr.* qui cum  
 Canonem singularem & qui non sit alibi in jure Canonico dicit: Ad  
 nostram autem, cap. hujus sententiam. vide *Christoph. ab Hagen de*  
*usu usurarum cap. 5. per rot. Magnif. Dn. Franzkeum exercit. jurid.*  
*9. qv. 14. Conrad. Rittershusium lib. 4. diff. Jur. Civil. & Can. cap. 11.*  
*& theologicè Dn. Frideric. Baldunum de Casibus Conscient. lib. 4.*  
*cap. 3. cas. 4.* Et ita quoad hanc totam conclusionem rectè nobiscum  
 docet *Felicium d. tr. cap. 18.* multos dissentientes & consentientes re-  
 ferens & *Heinrichmannum* in consiliis suis contrarium sententem  
 prolixè refutans: *Perlador. loc. cit. Navarròla* contrarianti plenè satis-  
 faci-



Faciens. Fr. Vivius loc. ubi supra. Andr. Gail. lib. 2. obs. 24. n. 3. Bernardus, Greuius lib. 2. concl. 24. in pract. conclusiouibus. latissime & scholasticè hoc deducens Conrad. Summenhart. de contract. rr. 6. 90. 93. ubi coroll. 2. & hanc sententiam quoad forum conscientie tutiorem esse probat 94. 95. & potiss. 96. & quoad Jura Canonica hanc indubie obtinere, quoad Civilia autem æquiores eam esse concludit Ant. de Perigliis. rr. de societate. n. 11. qui existat tom. 8. tract. tractat. Orwald. Hilliger. ad Donell. lib. 5. cap. all. lit. M. Dissentiant Treutlerus disp. cir. th. 2. lit. a. & ibi Baccov. & Hunius. Bocerius loc. alleg. Schottanus lib. nominat. Harr. Pistoris lib. 3. q. 1. n. 31. casum ejusmodi formans qui ex traditis facile refelli potest. Petr. Augustin. Morla. in empor. jur. part. 1. tit. 8. q. 25. n. 30. qui duo posteriores tamen distinctivè saltem contrariantur. Amplianda porro est hæc conclusio ut nec in societate animalium quam socidam (italico vocabulo ut vult Speculat. lib. 4. part. 3. tit. de locato §. 3. num. 9. vel ut alii Soccidam vel ut Heft. Felicius cap. 19. num. 38. soccidam) vocant prædictum pactum possit justificari ut rectè Fr. Vivius d. decis. 180. lib. 1. non quidem ex ratione Fr. Vivii & aliorum. quod usurarius sit ejusmodi contractus, sicut enim etiam esset contractum mutuum, quod quidem in grege contrahi, dato nempe ad numerum ut eorundem capita reddantur ejusdem qualitatis argumento. ex l. 35. §. 5. ff. de contrah. empr. de prompto vult Jac. Cujacius lib. 11. obs. 37. sed refellit Cujacius ex pr. Inst. quibus. mod. re. contrah. obligat. & aliis multis juris locis quos cumulat & eleg. illustrat Job. Gædæus rr. de reb. cred. cap. 1. concl. 2. n. 45. & seqq. Et d. l. 35. non juvare Cujacium monstrat eleg. Hunius lib. 3. rr. 3. q. 3. tractation. Jur. Civ. sed propterea hoc pactum est reprobandum, quod & rei communio- nem & æqualitatem geometricam in omni societate necessarias excludat. Dissentire videtur Spec. loc. cit. ibidem & formulam pro sustinenda ejusmodi societate subjiciens.

Th. II. Socius derectans ad refectionem ædificii communis sumptus conferre, si effluxo quatuor mensium spatio, illos à socio interim erogatos, non restituat, rectè parte sui domini privatur.

De causa finali societatis adeundus est Wesenbec, in Præg. 17. ff. h. r. n. 9. & P. Greg. Tholoss. ac Felicius & Morzius locis relatis. Nos de



de quibusdam ejus effectibus paucis videbimus; Et quidem non  
dubium, quin thesis hæc nostra ex l. 52, §. 10. ff. h. t. & l. 5. C. de adif. pri-  
vat. desumpta ad effectus quoque societatis pertineat; sed an ratio-  
ne æquitatis illa defendi possit, dubitet forsitan quispiam, videtur  
enim iniquum & fermè injuriosum intra tam breve temporis spatium  
quem sine ( ut prima fronte videtur, ) sufficienti causa dominio rei  
sua privari. Et ita quidem videtur Bernharde Autumno in Censura  
Gallie. ad Jur. Civil. Rom. ad l. 52, §. 10. ff. h. t. nullam rationem hanc  
constitutionem habere scribenti, iniquissimumque esse edictum & fa-  
tis monstrare M. Ant. Imperat. iniquissimum fuisse tyrannum asse-  
renti: Iniquum sanè hoc statutum audit etiam Joh. Garsia tr. de ex-  
pens. cap. 19. n. 14. & propterea id non practicari scribit Carol. Mo-  
lmeus tr. de usur. n. 57. Sed reponendum hisce est utilitatem publi-  
cam semper esse præferendâ privatæ arg. l. 5. §. 11. ff. de nov. oper. nunciat.  
Atqui Reipubl. interest adificiorum decorem nedum existentiam sar-  
tam rectam conservari l. 2. C. de adif. privat. h. v. pr. ff. de rign. junct.  
Vide Donellum lib. 4. cap. 33. ubi Hilliger. comment. Jur. Civil. Petr.  
Theodoricum dispe. 2. th. 9. lit. a. in colleg. criminal. Apparet ergo ra-  
tio hujus D. Marci orationis, ( quam Setum fuisse de quo in l. 1. ff. ex-  
quib. caus. pign. autumat Gotofred. ad l. 52, §. 10. ) quæ optima & ele-  
gans satis, ex d. juris regula, bonum publicum præferendum privato  
l. 32. pr. ff. de positi. l. 51. §. 2. ff. ad l. aquil. Nec obstat l. 20. ff. commun.  
divid. cum simil. dicendum enim tum favore publico à dispositio-  
ne illius nostri in casu recedi, tum regulam illam fallere si prohiben-  
tis nihil interfit Balthasar Klammer in promptuar. jur. tit. 48. §. 10.  
ubi Joach. Scheplix, alias objectæ regulæ fallentias habet Ludov. Vi-  
ralis lib. 2. Vir. lect. cap. 5. & Gotofred. ibid. lit. a. Rectius ergo  
hanc thesin nostram defendunt Barthol. Capolla tr. de serv. II. Præd.  
cap. 69. n. 8. perpetuo hoc mente tenendum esse scribens: & Caspar  
Klokus in tr. de contribut. cap. 9. n. 101. qui & probat multis authori-  
tariibus, hanc Marci constitutionem ab utu non recessisse. Adde  
Cujacium lib. 19. observ. 20. Sed & alios societas producit effectus.  
ut ecce socius potest contra socium uti beneficio competentia §. 38.  
Inst. de action. l. 63. ubi & ratio ff. h. t. in quo tempus rei judicatæ spe-  
ctandum l. 63. §. 6. ff. h. t. nec restringendum hoc beneficium ad so-  
cium saltem universalem, uti velle videtur l. 16. ff. de re judic. dicen-  
dum



dum enim d. l. loqui de omnibus omninò actionibus & causis ex quibus agi potest cum Socio. l. 63. autem eò casu obtinet ubi socius actione pro socio convenitur & sic ex causa societatis, ut rectè *Valent. Francus de fidejuss. cap. 8. n. 110. Jul. Pacius cent. 4. qv. 10. ἐναρτία Θεωρίων. Reinhard. Bachov. ad §. 38. Instit. de acton. n. 1. Aliter resolvit Ortolph. Foman. disp. ad Inst. 23. hb. 13. lit. I.* Alias aliorum conciliationes habes apud *Hilinger, lib. 27. cap. 9. lit. I.* Non obtinet tamen hoc beneficium, si erogaverit bona sua in fraudem actionis pro socio l. 68. §. 1. ff. h. r. si negaverit se fuisse socium l. 67. §. ult. ff. h. r. si intergrum solvere promisit vel exceptioni huic renunciavit *Vincent. de Franchis decis. 164. num. 8.* Cautionem insuper præstare necesse habet socius hoc privilegio utens de reliquo solvendo, si ad pinguiorem veniat fortunam l. 63. §. 4. ff. h. r. *Anton. Hering, de fidejuss. cap. 7. num. 605.* Planè personale est hoc privilegium l. 13. ff. solut. matrim, ergo nec fidejussori ut fidejussori competens l. 63. §. 1. ff. h. r. multominus utentis hæredibus ut malè voluit Alex. quem refert & rectè redarguit *Sebastian. Monticulus de inventar. hered. rubr. qui inventar. facere poss. n. 30.* Porro de consuetudine Genuensium Mercatorum socios creditoribus obligatos esse in solidum adparet ex *Rot. Genuens. de Mercatura decis. 46. n. 8.* qua de re & quando socius ex actu vel contractu alterius in solidum vel pro parte vel pro nullo obligatur tractat remissivè *Nic. de Milis in aureo repertor. lit. S. n. 17. & quod socius non possit opponere exceptionem divisionis tradit Magn. Dn. Benedikt. Carpzov. part. 2. const. 17. defm. 12.* quod tamen an ex l. 82. ff. h. r. probetur hæreo & puto de jure communi contrarium defendi posse per l. 62. ff. ad l. falcid. potissimum eo casu quo socii per se negotiationem exercent arg. l. 4. pr. ff. de exercitor. act. quanquam si per institorem agant non diffitear, exceptioni divisionis locum non esse per d. l. 4. §. 1. Ex eodem in l. 63. pr. ff. h. r. posito societatis effectu profluunt & alii nempe quod socius non possit socium inopem facere incarcerari & arrestari *Anton. Columbetus in suis singular. n. 22. Dn. Maib. Berlichius part. 1. practicar. Conclus. concl. 75. n. 24.* quod in omnibus quibus beneficium exigendi competit receptum esse scribit *Marc. Ant. de Amatis decis. 16. n. 26.* quod socio in re socii venum exposita competat jus ἀγοραπωτείας, quod tamen rectè de æquitate solidum interpretatur *Guido Papa singul. 880.* cum de jure aperte aliud cau-



cautum reperitur l. 17. C. de contrah. emptio. eleg. Joh. Schneidervin.  
ad s. fia. l. ff. de contrahend. empt. n. 12. Non rectè tamen ex dictis  
inferitur, socium inopem à socio alendum esse: cum agrè in fratre  
naturali hoc susceptum sit & deductum à Dd. ex l. 4. ff. ubi pupill. edu-  
car. deb. ergo ad fictitium fratrem, socium nempe non trahendum, &  
ita rectè Sebastian. Monticulus ad s. ult. Inst. de action. n. 28. Di-  
versus effectus est, quod uno socio non solvendo existente, in concu-  
su creditorum debita ratione societatis contracta insigni gaudeant  
prærogativa præ aliis extra societatis causam enatis de quo vide late  
& eleganter Dn. Benedict. Carpzov. part. 1. decis. 54. per tot. Alius con-  
sistit in actione pro socio, quæ utrinque directa §. 2. Inst. de pœn. re-  
mer. litigant. ejus rationem habet Treutlerus vol. 1. disp. 27. th. ult.  
lit. a. adde eleg. Christoph. Porcium ad §. manet autem Inst. h. t. ple-  
runque generalis l. 38. ff. h. t. eleg. Bachov. ad loc. citat. Treutleri  
lit. B. bonæ fidei §. 28. Inst. de action. infamans §. 3. Inst. de pœn. re-  
mer. litig. plerumque finita societate competens l. 63. §. 15. ff. l. 5.  
C. h. t. vid. Treutlerum loc. ubi supr. lit. D. & ibi Bachov. omne id  
persequens quod socii interest. d. 52. §. 10. ff. h. t. Vide plenissimè de  
hac actione Just. Mejer. in colleg. Argentor. h. t. th. 21. & seqq. de hu-  
jus actionis libello Petrum Jacobum in practic. aurea rubr. 80. quo-  
modo ea differat ab actione communi dividundo eleg. Donell. lib. 13.  
cap. 17. De expensis sociorum adi si lubet Joh. Garstam tr. de expens.  
cap. 19. per tot. De laudemio sociorum & quatenus solvant remitto ad  
Magnif. Dn. Georg. Franzkium tr. de laudem. cap. 19. n. 12. & seqq. De  
culpa & diligentia quas sibi invicem præstant socii vid. §. ult. Inst. h. t.  
& quæ eleg. ibi noterunt, Vulceij & Bachov. addatur Timæus Faber  
disp. annivers. 24. th. 14.

Th. 12. Pacto effici non potest ut ad hæredes transeat  
societas.

Variis modis solvi societatem certum est, ut ecce corrui societas  
tam morte naturali §. ult. ubi & quadam ratio Inst. h. t. quan-  
quam actio pro socio in hæredem deur ut bonam fidem præstet l. 35.  
ff. h. t. quod Ulpiani dictum eleg. explicat Pompon. in l. 40. ff. h. t. ad-  
de eleg. l. 26. ff. mandari quam Civili. eleg. Vincent. Hondedens vol. 1.  
part. 4. consultat. 62. n. 22. quod de maxima & media capitis diminu-  
tione



tione exponit l. 63. §. 10. ff. h. t. Maxima siquidem omnino morti æquiparat ea minutum l. 6. §. 6. ff. de injust. rupt. & irr. & servum poenæ damnatum facit l. 17. ff. de poen. quanquam d. l. 17. ex parte correctæ sit per Nov. 22. cap. 8. nempe saltem ratione damnationis ad metallum, licet *Hunnus ad Treuil. vol. 1. disp. 2. hb. 3. lit. C. & Heinr. Bocerus clas. 1. part. 1. disp. 6. hb. 6.* hanc Novellam ad omnes casus, quibus de jure quis servus poenæ sit extendant sed malè & contra Novellæ expressa verba: & sic minutos sequitur quoque omnium bonorum publicatio. l. 1. pr. ff. de bon. damnator. ut ita ratio in aperto sit cur ex hac causa solvatur societas. Sed de media capitis diminutione majus dubium: Cum enim deportati retineant ea quæ sunt juris gentium l. 17. §. 1. ff. de poen. & alienare valeant l. 7. pr. ff. de legat. 3. nec matrimonium deportatione dissolvatur l. 5. §. 1. ff. de bon. damnator l. 1. C. de repud. quod tamen proximè ad societatis contractum accedit ut supra: Non injuria quis de hisce dubitare: Sed facile removetur hoc dubium si sciamus deportatione omnia bona amitti l. fin. pr. & §. ult. C. de sentent. pass. l. penult. §. 2. C. de usufruct. l. 1. §. ult. ff. de B. P. contra tab. l. 17. §. 5. ff. ad Scum. Trebell. atqui publicatione bonorum societatem solvi certum est §. fin. Inst. l. 63. §. fin. l. 65. §. 12. ff. h. t. Mortuis insuper deportati æquiparantur & eorum loco funt l. 4. §. 2. ff. de bon. libertor. ita ut obligationes contra eos competentes extinctæ esse dicantur l. 47. pr. ff. de fidejuss. & personæ ad obligandum aptæ esse negentur, l. 14. in fin. ff. de novat. imò & libertatem deportatione adimi scripsit *Callistratus in l. 5. §. 3. ff. de extraord. cognit.* quod tamen ne multis aliis juris textibus refragetur de Civili libertate quæ Romana dicitur in l. penult. §. 2. C. de usufruct. l. unie. §. 4. C. de libertat. latin. tollend. & legitima in l. unie. §. 1. C. de commun. serv. manumiss. non juris gentium interpretor cum *Jac. Cunjacio ad tit. Inst. de cap. diminitur. ad verb. libertas amittitur Job. Ramo in lib. suo ad Justinian. lib. 1. cap. 16. rubric. de media capitis diminutione n. ult. ubi hoc vehementer sibi placere scribit. & Bocero clas. 1. part. 1. disp. 6. hb. 9. ubi hoc latè & pulchrè firmat: Quanquam hunc nodum aliter solvat *Valent. Riemer de cad. 3. q. 6.* cujus solutionem salvare possunt *trad. Hilligeri lib. 14. cap. 21. lit. D. & Jac. August. Thuanus lib. 1. de vita sua annex. rom. 3. histor. sui tempor. f. m. 1170.* & alio modo *Marc. Lyclama lib. 1. membrans eclog. 22.* Prius autem objecta illud*

sal-



saltem volunt deportationem non ut maximam capitis diminutionem in omnibus morti esse similem & inde quædam jurisgentium quæ ipsis non sunt adempta. deportatos, retinere. de quibus evolue *Pacium cent. 6. qv. 59. Cusacium lib. 3. obs. 10 & remissive Hilligerum lib. 9. cap. 5. lit. R.* Quod de servis pœnæ & deportatis diximus merito extenditur hodie ad bannò Imperiali ex Imperio proscriptos. per *trad. Joan. Jacobi. lib. 2. præct. aure. cap. 11. memb. 53. n. 9.* quod tamen ante finitum banni iudicium non obrinet *Andr. Gail. lib. 1. de pace publ. cap. 19.* & ad damnatos ad triremes per *eleg. & late deduct. Annæi Roberti lib. 4. rer. in Gall. judicatur. cap. 6.* non tamen ad relegatos per *l. 4. & 7. §. 3. & 4. ff. de incredit. & releg.* Solvitur porro hic contractus nuda pœnitentiâ, scilicet re adhuc integra *§. fin. Inst. quib. mod. oblig. toll.* & completo contractu renunciatione *§. fin. Inst. h. t. cum simil.* quam nec pactum de perpetuò in comunione stando impedire potest *lib. 14. §. 2. ff. comm. div. late & præctice Dn. Carpov. lib. 1. tit. 10. resp. 103. in suis respons. Electoral. quæ intelligitur facta si res suas separatim habeat socius l. 64. ff. h. t. si intendat actionem pro socio tendentem ad corruptionem initi contractus l. 65. ff. h. t. si pactum de non pesendo cum socio ineat l. 14. §. ult. ff. comun. divid.* Renunciatione autem quæ altero invito fit non solvitur nisi justæ sint ejusdem causæ, ut si tempus societati præfixum effluxum sit *arg. l. 65. §. 6. ff. h. t. si socius injuriosus & damnosus existat l. 14. ff. h. t. & rixosus Hællor Felicinus tr. hic. cap. 35. n. 33.* hoc enim ipso videtur ipsemet ad divisionem provocare *Rutger Rulant de commiss. part. 4. lib. 4. cap. 10. num. 51.* Non valet econtra renuntiatio si dolosa sit *l. 65. §. 3. ff. h. t. si intemptiva l. 14. ff. h. t.* quod quomodo fiat late exponit *Mejers h. t. rh. 19. & seqq.* si per alium fiat facta prohibitione domini *l. 65. §. 7. ff. hic. si absentii fiat l. 17. §. 1. ff. hic.* Alios modos ex hac provenientes recenset *Felicijus & Mozzinus tr. citat.* Interitu rei ob quam coita est disrumpitur quoque societas *l. 63. §. ult. ff. hic. & cessione bonorum l. 65. §. 1. ff. h. t. item egestate l. 4. §. 1. ff. h. t. cum & societari in sit comunis illa clausula, rebus sic stantibus* *Andr. Schæffer qv. 39. num. ult.* sola tamen decoctione non perire verius est. *Benvenut. Stracha tr. de decoctor. n. 47. & seqq.* ex quibus autem egestas & lapsus facultatum inducatur & probetur iudiciis & causis tradit. *Andr. Gail. lib. 1. obs. 45. n. 9. & remissive Matth. Wesenbec. ad rubric. C. de institor. act. n. 20.*

D

Varios



Varios nunc per discursum notavimus societatem solventes modos, Tandem itaque ad conclusionē nostram est deveniendum, & quidem confirmatur ea textib. *express. in l. 35. §. 59. ff. h. t.* Sed rationes harum constitutionum nondum expeditur; sanē quānam verā ac stabiles sint apud juris nostri Interpretes adhuc sub iudice litem esse, quippe qui in mira dissensione opinionumque varietate sint constituti scribit *Iac. Thomingius decis. 13. n. 3.* & satis obscuras eas esse scribit doctissimus *Cujacius lib. 10. obs. 25.* Ipse tūm propter ademptionem liberā testandi facultatis tūm propter incertitudinem personæ tale pactum non admissum *d. loc.* censet. quas rationes elegantes esse & rem intricatam illustrare scribit *Dom. Arumaus exercitat. ad Inst. 15. th. 4.* Sed aliam rationem reddit *Donellus lib. 16. cap. 24.* quod nempe hoc pactum contra substantiam esset societatis, quippe quo mediante quis invitus ad societatem adigeretur. Diversam iterum assignat *Schneidervin. ad §. solvitur Inst. h. t.* nempe propter electam industriam personæ à jure hoc pactum reprobatum esse, cum quo facere videtur *Mejerus ad ff. h. t. th. 6. in fin.* & potissimarum rationum primam hanc hujus juris, fecit. *Thoming. decis. 13. num. 27.* Sed cum nondum expeditum sit an societas requiratur ejusmodi certæ personæ industriam, de quo mihi dubium injecit, quod societatis negotia per alium possint expediri *l. 16. l. 28. ff. h. t. l. 6. §. 1. ff. de exercitor. act.* atqui juris liquidi est, industriam personæ non censeri electam si negotium per alium expedire liceat, *cap. cum dilecta. ubi Dd. in verb. personaliter. Extr. de rescriptis.* nec eadem sunt, certa persona & certæ personæ industria ut sibi falso imaginatur *Mejerus d. loc. male §. 4. Inst. h. t.* ubi quod in societate certa requiratur persona, pro sua sententia allegans. hoc etiam rationem *Schneidervini & alleg. præsuppositis* licet antedictis refelleret, quod pacto ejusmodi acquiescens eo ipso approbet industriam personæ nempe hæredis, nec est quod regeas incertam esse personam, & proinde ejusmodi approbationem non posse verificari, dicendum enim ad hoc tūm quod illa, quæ certa demonstratione notantur incerta hauri sint, cum demonstratio generaliter vice nominis fungatur *l. 34. ff. de condi. & demonstr. l. 90. ff. de legat. 3. l. 6. ff. de reb. cred. quod ratione hæredū potissimum obtinere colligere licet extr. trad. in comparabilis Osvald. Hiligeri lib. 6. Don. enucl. c. 7. lit. G. tūm quod patiscens possit filium jam existentem consocio suo nominatim præferre*

tare



tare, unita de persona illius nulla amplius possit excogitari. incertitudo. Rationem alii aliam desumunt *ex l. 77. §. d. ubi sicut ff. de legat. 2.* sed hæc nimis remota. Meam porro ut hac de re exponam sententiam; vehementer quidem placet prima Cujacii ratio, quam *eleg. quoque juvat text. in l. 52. §. 9. ff. h. t.* Sed non omnino satisfaci, quid enim si dictum fuerit continuandam societatem cum omni hærede quo sanè placito libera testandi facultas neutiquam restringeretur, cum, si pactum hoc esset validum tam cum hærede legitimo quam testamentario consocius societatem continuare necesse haberet. Altera porro Cujaciana cum etiam non semper possit esse locus: per antea trad. malo dubiosa hac in re sequi incomparabilem Donellum antea relatum: cujus opinionem mire firmant *l. 19. §. 1. ff. h. t.* & cum Donelliana transeunt etiam *Hunnus ad Treutler. vol. 1. disp. 27. ubi §. lit. C. Arnold. Corvinus in ff. strictim explicatis ad tit. ff. h. t.* Nec movent *d. l. 52. §. 9. ff. & §. 5. Inst. h. t.* Hisce enim Rationibus sua quoque constat veritas, sed cum non, ut dictis elucet, ad omnes possint adaptari casus, merito principalior, quæ quoque in legibus nostris expressa est illis præponitur. Nec obstat nostræ conclusioni *l. 65. §. 9. ff. h. t.* nihil enim aliud ex illo §. deducere licet, quam mortuo socio, quoad superstites socios remanere salvam societatem ob adjectum pactum non autem quoad hæredem socii. Alia solvit *Hunnus loc. cit.* Ampliandam etiam censeo nostram conclusionem ut etiam obtineat in casu quo pactum juratum intervenisset *arg. Can. non est. obligatorium de R. I. in Vio.* uti & pactum de non dividendo etsi juratum non est firmum *Andr. Gasl. lib. 2. obs. 24. n. 7.* Et obtinere nostram thesin quoque arbitror, etsi à testatore certum saltem tempus de Rando in communione fuerit in testamento hæredibus denominatum & injunctum, tum quod eadem hic pugnet juris ratio tum per *text. in l. 14. ff. h. t.* Etsi latissimè dissentiat *Thomius d. decel. 13. n. 364. & seqq. & Hieronym. Schurff. cent. 2. cons. 37. num. 9.* ita ut nec pœnam à testatore adjectam hæres præstare cogatur. per *§. 6. Inst. de hered. instituend. §. fin. Inst. de legat. junct. l. 15. ff. de cond. & demonstr.* Dissentit *Thomius loc. cit. & distinguen- do Bachovius ad d. 1b. 9. lit. C. & D.* Fallit nostra conclusio in societate vectigalium *l. 59. ff. h. t.* quod utilitatis publicæ causa & ne locatio publica detrimento afficeretur receptum est. *Vid. Cujac. obs. 25. lib.*



lib. 10. Alvarum Valde cum rom. i. Consultar. 63. & alios. Arque hæc  
de abstracta & difficillima societatis materia dicta sunt impræsen-  
tiarum: quanquam enim tum materia hujus nobilitas & vastitas,  
tum ejusdem subtilitas & difficultas latiore ingeniosioreque po-  
stulassent tractationem & descriptionem. ita ut non dubitem multa  
huc pertinentia & fuisse prætermissa & quibusdam forsitan minus ac-  
curatam adhibitam limam, aliorum tamen scripta, quæ de hac ma-  
teria extant, pulcherrima & sacratissimi Justiniani verba omnium nem-  
pe memoriam habere & in nullo penitus peccare divinitatis  
magis esse quam mortalitatis in l. 2. §. 14. C. de veter.

*jur. enucl.* satis superque apud bonos spero me ex-  
cusabunt: Interim ego

Feci quod potui, potui quod Christe dedisti,  
Improba fac melius, si potes, invidia.

F I N I S.













X2615901


VD 77











23 302

JURIDICÆ 1659,4

# TATIS

umptæ,

leberrima Lipsiensium  
sensu & suffragio  
ENTE  
O  
mplissimo & Consul.

## NE PHILIPPI,

ulatino Cæsareo, Scabina-  
vincialis in Marggraviatu in-  
vicialis Supremæ & Consistorii Eg-  
ci Advocato ordinario, Collegii  
Polonicæ Seniore, & Civi-  
o Consule,  
uo etatem deven-

Maji  
Censura subicit  
PHORUS JACOBI,  
rgensf.  
Consuetis.

Æ,  
WITTIGAU,  
LIX.

